

VI
9



SYNODVS
DIOECESANA


MAIORICENSIS.

Celebrata præsidente Illust. ac Reuerēdiff. Dño.
D. IOANNE VICH ET MANRIQUE

Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopo

Maioricē. Anno. 1592.


Has constitutiones apud se habeāt omnes con-
cionatores ac confessarij huius nostrę Diœce.



MAIO. Apud Hæredes Gabrielis Guasp.
Anno. M.D.LXXXIII.

AMAZONIA

El Amazonas es un territorio vasto y diverso, con una gran riqueza cultural y natural. Su estudio y conservación son fundamentales para el desarrollo sostenible de la región.



CONVOCATIO AD SY-
NODVM DIOECESANAM
quæ celebrabitur die Prima mensis
Octobris proxime futuri.
M. D. LXXXII.

CVM antiqua sacrorum canonice
constitutione, nouoque sacri vniuer-
salis Tridentini Concilij decreto
cautum sit, vt in singulis provin-
cijs pro earum more, & consuetudine Diœ-
cesana Synodus celebretur, quo facilius,
& commodius necessitatibus, quæ sæpe cõ-
tingere, & euenire solent, opportuna ad-
hibeantur remedia: nos tamen Don Ioan-
Vich & Manriq; Dei, & Apostolicæ se-
dis gratia Ep̃s. Maioricens. Regius consilia-
rius &c. tum propter nostri corporis infir-
mam valetudinem, qua assidue laboramus;
tum etiã propter aliquot grauissimi ponde-
ris negotia, quæ, in hac nostra Diœcesi, nõ
sine magno labore composuimus: inter quæ,
non est parui momenti, huius nostræ Diœce-
sis visitatio: circa quam intenti, vt semper
gregis a Domino cõmissi vultũ agnoscamus;
ea, qua decet, vigilantia assidui sumus.

A 2.

Super

CONVOCATIO.

Supereſt vt his curis aliquantulum recrea-
ti, Synodi iam pridem habitæ, celebrationẽ
diuino auſpicio repetamus: vt ibi communi-
bus votis Dei clementiam implorantes, de
cauſis Eccleſiæ, de cultu diuino, de cõprimẽ-
dis exceſſibus, de cunctis deniq; ad Synodũ
ſpectantibus ſerio deliberemus. Idcirco nos
dictas Episco. vos Illuſtres & admodũ Re-
uer. Dños inferiores Prælatos, Dignitates
obtinentes, Canonicos, Capitulum, Præpoſi-
tos, Rẽctores, curam animarum exercẽtes,
Illuſtres & valde Magnificos Iuratos, ac
reliquos ſeculares, quibus Synodo intereſſe
obtingit, hortamur & monemus in virtu-
te ſanctæ obedientiæ, & alijs pœnis a Iure
impoſitis præcipiendo mãdantes, vt his per-
ceptis literis, perſonaliter, aut ſi infirmi-
tate, vel alio legitimo impedimento retar-
dati, per legitimos procuratores, ad cathe-
dralem noſtrã Eccleſiam die prima Domini-
ca Octobris, quæ cõputabitur quarta euſdẽ
menſis, anni infra ſcripti, ſinguli acceda-
tis, propoſituri quæ opportuna videbuntur.
Alioqui, veſtra abſentia non obſtante, accu-
ſata euſdem contumacia, ad celebrationẽ
Synodi

AD SYNODVM.

*Synodi procedemus, prout iuris erit. Dat
Maioricis in nostro Episc. Palatio, die
XIII. Septemb. Anno anatiuitate Do-
mini. M. D. LXXXII.*

V. Io. Vich Ep̄s. Maio.

M 3.

CONS.

CONSULTATIONES IN SYNODO
DIOECESANA MAIORICEN-
si conditæ ab Illustriss. ac Reuerendiss. D.
D. Ioanne Vich & Manrique Dei & sanctę
sedis Apostolicę gratia Maiori-
censis Ecclesię Ep̄o.
Anno. 1592.

DECRETVM PRIMVM.

*Ne in priuatis oratorijs celebretur, donec
denuo visitentur.*



VM sacrosancti Tridē
tini Concilij sanctione sit
sanctissime cautum, ne pa-
tiantur Ep̄i, priuatis in
domibus, atq; omnino extra Ecclesi-
am, & ad diuinū tantū cultū dedi-
cata oratoria ab iisdem ordina-
rijs designanda & visitanda sanctū
Missæ

SYNODI.

Missæ sacrificium a secularibus aut regularibus quibuscunq; peragi: ideo statuimus ne de cætero in priuatis oratorijs quæ in nostra sunt diœcesi, celebretur, nisi prius per nos denuo huiusmodi oratoria fuerint visitata: vt probe exploretur, in quibus oratorijs celebrandi facultas a nobis concedi debeat.

DECRETVM. II.

Admonendum esse populum, vt certis quibusdam diebus parœciæ suæ intersit, & quando in oratorijs non sit peragendum missæ sacrificium.

Quoniam sacræ Synodi Tridentinæ decreto admonendus est diligenter populus, teneri vnumquëq; parochiæ suæ interesse, vbi cõmode id fieri potest, ad audiendũ verbum Dei: propterea iniungitur

A 4.

vniuer

DECRETA.

vniuersis, & singulis nostræ Diœce-
sis parochis, Christi fideles mone-
ant, vt cunctis diebus dominicis ac
festis ad parrochiam Ecclesiam
conueniant. Et præcipimus vniuer-
sis presbyteris sub pœnis nostro ar-
bitrio reseruatis, ne Dominicis &
festis diebus Aduentus Domini, &
Quadragesimæ, neq; in festis sollē-
nibus Anunciationis & Assumptio-
nis beatissimæ virginis Mariæ,
Christi natiuitatis, Epiphaniæ Dñi,
Paschæ Resurrectionis, gloriosæ
Christi seruatoris nostri Ascensio-
nis, Pentecostes, sanctissimi corpo-
ris Christi, sancti Ioannis Baptistæ,
Omniū sanctorum, Cōmemoratio-
nis defunctorum, & Cinerum die,
& Quinta, & Sexta ferijs hebdoma-
dæ sanctæ, in oratorijs priuatis mis-
sa

SYNODI.

sa celebrent; ut intelligat Populus, se his præfixis diebus a sua Ecclesia abesse haudquaquam debere. His vero oliuantibus mulieribus, quarum ingens, & pœne innumera multitudo, illis annis qui largissimis exuberant oliuitatibus; ad oliueta confluit; legendarum oliuarû tempore tantum permittitur, ut in priuatis oratorijs, in quibus celebrari concessum fuerit; diebus dominicis, & festis missam audiant: si ad parochiam commode accedere non poterint.

DECRETVM. III.

Ne eorum qui in prohibito sunt gradu, & de contrahendo matrimonio consenserint, ante acceptã dispensationẽ alter alterius domum, aut ambo alienam ingrediantur.

Quoniam quarto nostræ prioris Dioecesanę Synodi decreto præ

DECRETA.

ceptum fuerat, ne posthac, sub excōmunicationis pœna latæ sententiæ, qui in gradu prohibito sunt, & de cōtrahendo matrimonio conuenerunt; ante acceptam dispensationē a sede Apostolica, liberū sit eis matrimonium contrahere: hac constitutione volumus eidem pœnæ subiacerē, si mulier futuri sponsi domū introierit: & itidem si ambo futuri coniuges in aliam quamcunq; domum conuenerint, prius quam, accepta ab Apostolica sede dispensatione, sacrosancto Matrimonij Sacramēto in facie Ecclesiæ cōiuncti fuerint.

DECRETVM. IIII.

Presbyteris, cum tres tantum in sua Ecclesia fuerint, oratoria extra ecclesiā erecta, ad celebrandum non liceat adire.

Ne

SYNODI.

NE diuinus cultus ac iustum & debitum Ecclesiæ obsequium in parrochijs vbi tres tantum fuerint presbyteri, aliqua ex parte minuat: nulli ipsorum omnino liceat, relicta eorum Ecclesia, etiam ijs diebus quib⁹ in oratorijs celebrari est permixsum; ad sacrum faciendum ea priuata oratoria adire.

DECRETVM. V.

Qui sacerdotes in priuatis oratorijs celebrant, eos qui Missam ibi audiunt, christianam Doctrinã doceãt.

VT perpetua vbiq; animarum salutis (vt operæ pretium est,) consulatur: & ideo, ne Christi fideles qui in oratorijs rem sacram audiunt, necessario Christianæ doctrinæ pabulo frustentur; presbyteri qui eo celebra

DECRETA:

celebraturi accedunt, populum qui illuc conuenit, dominicam orationem, salutationem angelicam, Apostolicum Symbolum, Articulos fidei, præcepta Dei & Ecclesiæ, septem fidei sacramenta, & reliqua que ad Christiani hominis institutionem faciunt, docere teneantur.

DECRETVM. VI.

Ad quæ frequenter Parochi & concionatores populum adhortari debeant.

CVM templa Deo dicata, iuxta Christi Seruatoris nostri præscriptum, domus sint orationis: & maxime, diuinæ maiestatis sedes: & proinde nihil in eis geri debeat, quod tam sacri loci sanctitatem minime deceat: adhortentur se penumero populum parochi, ac diuini verbi concionatores, vt in sacris
adi-

SYNODI.

ædibus ita cuncti segerāt perpetuo
vt nihil in eis merito notari possit,
quod Christiano homine sit penitus
indignum. Et iccirco viri & fœmi-
næ in tēplis, (quod sane, si fiat, gra-
uissimum est piaculū) ab in honest-
is ac impudicis aspectibus mutuis
omnino temperent, proponant q;
illis diuinam vltionem, quæ ijs con-
tingere consuevit, qui sacris locis
meritum honorem nō deferunt: sed
suis actionibus impurisea violant.
Inuehātur etiā parochi & sacri ver-
bi prædicatores frequenter in eos
qui praua consuetudine ducti, mis-
sam tectō capite, & sedentes (quod
indecorum est valde) audiunt: ip-
sos que sedulo moneant, vt aperto
capite, flexis genibus, & ea (qua
oportet) humilitate ac deuotione
in

DECRETA:

in missis audiendis maneant, ne vlla ab ipsis tã diuino mysterio irreuerentia irrogetur: sed potius debitus æternæ maiestati honor (vt par est) pro virili deferatur. Admoneantur etiam ab ijsdem parochis & cõcianatoribus agricultores, & manuarij artifices sæpe, ne diebus dominicis & festis, seruiilibus operib⁹, dent operam: & præcipue fabri ferrarij, qui in aptandis soleis, illisq; subijciendis atq; affigendis equorũ ac iumentorum pedibus, & sutores, qui in punctim feriendis cothurnis, calceis, atq; coriaceis, & in calceorum oris abscindēdis, illisq; atramento tingendis, magnam dominici & festi diei partem publice etiam in prætereuntium offensionē & scandalum inuerecunde expendunt

SYNODI.

dunt: quem execrabilem morem, cū sit apertissime diuinæ legis trāsgressio; & in nocumentum cedat animarum, & in Ecclesiæ vilipendium; a nostra Diœcesi radicitus tolli, ac pœnitus aboleri enixe optamus.

DECRETVM. VII.

*De tollendis tumultibus in die defunctorū
in erogandis panibus.*

VT euitētur decætero clamores, strepitus atq; tumultus, qui in defunctorum cōmemorationis die in Ecclesijs super erogatione panis ab eleemosinam petentibus ciētur, vnde contingit diuinorum celebrationem plurimum perturbari; decernimus vt huiusmodi eleemosynæ distributio a vespertinis precibus & completorio deinceps fiat.

DE

DECRETA:
DECRETVM. VIII.

Qua ratione clerici nō beneficiati ad distributiones sint admittendi.

NE in parochialibus Ecclesijs beneficia obtinentiū cuiquam præiudiciū inferatur, statuimus vt nulus presbyter beneficiū nō habens, ad percipiendas distributiones quotidianas recipiatur; nisi nostra auctoritate, & cū expresso beneficiorum omniū consensu. Neque huiusmodi sic recepti in computandis, & peragendis Ecclesiæ negotijs ferendi sufragij ius habeant vllum.

DECRETVM. VIIII.

De adiuuandis, & excitandis ad benemoriendum proxime morituris.

Sedulam nauēt operā parochi seu vicarij, vt infirmis proxime morituris assint, eosq; ad pœnitentiã de suis peccatis quibus in vitæ de-

cur

SYNODI.

curſu Deum offenderint, gerendā; ad ſubeundam patienter ac ſponte mortem; ad depellendam rerū labi-
lium memoriam; ad implorandam ſæpius Dei & Seruatoris noſtri Ieſu
Chriſti miſericordiam; ad tenendā
uſq; ad extremū vitæ halitum catho-
licam Romanæ Eccleſiæ fidem; ad
caritatem in Deum, & proximum
habendam; ad confugiendum ſub
Sanctorū, & Angelorum omnium,
& potiffimum beatiffimæ virginis
Mariæ præſidium ac patrocini-
um: ad proponendum ante mentis intui-
tum admirabilē Chriſti, ſalutis noſ-
træ auctoris paſſionem, inducere
ſtudeāt. Quod, ſi, alijs reb⁹ impedi-
ti, per ſe ipſos præſtare nequiuerint:
alicui ſacerdoti id muneris deman-
dari curent: ita vt non diſcedatur

B

a cu

DECRETA.

a cuiusq; Ecclesiæ consuetudine.

DECRETVM X.

Secundas nuptias non esse benedicendas

QVia superiore nostra Synodo cautum fuit, ne secundæ nuptiæ benedicantur: atq; in vero cõstitutionis huiusmodi sensu, nonnullorum mentes hæsitant: idcirco prædictam constitutionem distinctius explicantes, adnuente Synodo, decernimus; quoties iam in priori matrimonio benedictionem adepti sunt coniuges; secundas nuptias nõ esse benedicendas: siue nuptiæ, ex parte vxoris; siue ex parte viri tantum secundæ dicantur.

Epilo-

DECRETVM.

HAs denique constitutiones, vna cum superioribus, statuimus vt apud se habeant omnes conicellarij, ac Cōcionatores huius; nostræ diocesis: cum ex illorum ignorantia, aliqua incōmoda euenire possint. Intelligant tamen Tyrones; quod attinet ad Catalogum casuum reseruatorum; standum esse huic vltimo.



DECRETVM.

DECRETVM. XI.

*De examinatoribus in Synodo electis ad ex-
amen eorum qui se vacansibus
Ecclesijs opponunt.*

D. Gregorius Forteza Arcadiaco
nus, & Canonicus. I. V. D.

D. Ioannes Abrines Canonicus.

D. Michael Sastre Rector S. Mi-
chaelis.

D. Ioannes Torrens Rector de Al
gayda.

D. Pellicer Rector S. Nicolai.

F. Antonius Reus ordinis S. Do-
minici presentatu.

Ad causas Ecclesiasticas, & spiri-
tuales quæ ad forum ecclesiasticum
pertinent in partibus a sede Aposto-
lica, vel eius Nuncijs, seu legatis
committendas: sequentes in hac
Diocessi Maioricens. iudices nomi-
nantur.

SINODI.

**Gregorius Forteza. I. V. D. Archi
diaconus, & Canonicus.**

**Hieronimus Forteza Decanus, &
Canonicus.**

Guiliermus Callar Canonicus.

Hironimus Garau Canonicus.

CATALOGVS CASVVM Reservatorũ Ep̃o Maioricẽ.

1. **P**eccatum propter quod clericus in irregularitatẽ incurrit.
 2. Absolutio a maiori excommunicatione.
 3. Oppressio prolis, ex proposito: ac omne homicidium voluntarium in se.
 4. Violatio libertatis Ecclesiæ.
 5. Percussio in Ecclesia, quæ sit iniuriosa, ac enormis.
 6. Peccatum luxuriantũ in Ecclesia cum seminis emissionem.
 7. Clandestina contractio matrimonij.
 8. Congressus cum infideli.
 9. Congressus cum moniali.
 10. Peccatũ bestialitatis & sodomis
- Pec

11. Peccatum verberantium patrē aut matrem.
12. Peccatum eorum qui decimas non plene soluunt.
13. Blasphemia in Deū, vel sanctos.
14. Sortilegium, & incantatio.
15. Furtum, quod sit sacrilegium secundum ius canonicum.
16. Instrumentorum, seu literarum falsificatio, quæ fiat a notarijs, siue ab alijs.
17. Peccatum eorum qui scripturas Partibus aduersis ostendunt, antequam debeant secundum iuris dispositionem seu consuetudinem: siue sint notarij, siue alij.
18. Votorum commutatio.
19. Incertorum male ablatorum, quorum dñs ignoratur, dispensatio.

Finis.

